

THEESIS XII.

*Viduae sacerdotibus prohibitæ edere  
de sacerdotum Terumis non pote-  
rant.*

§. 1.

Dabatur sacerdotibus de frugibus fructibus-  
que (antequam separarentur pro Levitis decimæ,) pars quadragesima, quinquagesima, vel sexagesima, prout liberalis vel avarus erat paterfamilias. Hic cibus sacer erat, & comedi non debebat, nisi ab iis, qui ad sacerdotalem familiam vivente sacerdote pertinebant.

§. 2.

Sed viduæ prohibitæ edere cibum illum sacrum non poterant, v. g. si vidua sacerdotis desponsata esset sacerdoti summo, aut si persona expulsa desponsata esset sacerdoti vulgari, quia istæ desponsationes erant illicitæ, hinc illæ viduæ non ede-